



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Scriptura difficultis a Lutheranis laicis non intellecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

LAICI LUTHERANI

spiritus sanctus, & præsidebit in illa sece hominum, in illa  
 colluie apostatarum, vbi desunt ecclesiæ proceres, mini-  
 fri dei infidei. Non attendunt, quid dicat Sapientia: In ma-  
 letiolum animam non introibit sapientia, nec habitabit in  
 corpore subdito peccatis: Spiritus enim disciplinæ effugiet  
 fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intelle-  
 ctu. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in ca-  
 thedra pestilentiae non sedit. Non enim surgunt peccato-  
 res in consilio iustorum. Et vt Iob ait: Deum ponā eloqui-  
 um meum, qui apprehendit sapientes in astutia eorum, &  
 consilium prauorum dissipat, per diem incurrit tenebras,  
 quia exacerbauerunt deum in consilio suo, & consilia pec-  
 catorum fraudulenta.

Cum Lutherani & Zuingiani ex scriptura cæreum na-  
 sum faciunt, pro libito glossas corruptiuas adiicientes, vt  
 misere multis annis apertissima verba Christi. Hoc est cor-  
 pus meum: torserunt & lacerarunt. Vt tamen laicos suos  
 Euangeliū  
non semper clarū.  
 faciat temerarios & præsumptuosos, persuadet Bucer euan-  
 gelium nemini esse obscurum, nulli ambiguum, aut obie-  
 ctum. Hinc anus Luthericae superbiant, & sibi persuadent  
 a. Pet. 3  
 eas nihil latere in Biblia, vt etiam cum viris disputatione  
 mentitur Petrus de epistola Pauli ad Rom. (qua plurimū  
 utuntur Lutherani, licet corrupte) In quibus sunt aliqua  
 intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles depravant (ita  
 Hierony.  
 vos facitis) sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perdī-  
 tionem: Et Hierony. ad Algasiam: Omnis epistola Paull  
 Daniel. 12  
 Ius ait Daniel: Tu claude sermones, & signa librum usque  
 Lutherani  
laici non intelligunt scripturas  
 ad tempus statutum. Vtinam omnes laici Lutherani intel-  
 ligent scripturas, quæ de periculo nouissimi temporis &  
 hæreticis scripta sunt in utroq; testamento, vt cognosceret  
 eorum prædicatores esse præcursori Antichristi. Sed non  
 habent hanc gratiam à deo, quia clausi sunt, signatiq; ser-  
 mones

mones vsq; ad præfinitum tempus, neq; intelligent omnes Ibidem.  
impj. Porro docti intelligent, illi scilicet, qui sunt in eccles;  
sia catholica intelligunt.

Et si tam clara est sacra scriptura, mirum quod in ea virti  
exercitatissimi, & sanctitate conspicui, Augustinus, Hiero-  
ny. Ambr. Gregor. Chrys. Bernardus, & alij ecclesiæ catho-  
licæ doctores eam non intellexerunt, vsq; quo venerunt illi  
seductores. Alias ostendi quomodo sacra scriptura non  
tantum habeat vnum simplicem sensum, in Homilijs dos-  
minicæ penitentiae in quadragesima.

Aliud subsidium cōcordiæ ponit Bucer, scripta patrum Medium  
& Conciliorum. At persuadeat hoc suis, vt hoc acceptent, concordiæ  
& statim conuincemus vitam & dogmata vestra esse dāna; patres &  
Concilia. At nunq; potuerunt Lutherani & Zuingliani ad hoc  
induci clamantes: quid patres, patres: solas scripturas exis-  
gebant, & eas claras, vt habet mandatum Bernatium à te  
seductorum & alijs mendacibus prophetis. Quis ergo non  
subole dolū, quod Bucer admittit hic patres, quos omnes  
sui hæsiarchæ repudiarunt, nisi quia corruptis glossis vos  
torquet à vero?

Mentiri dicit eos, qui dicunt non licere nobis Cōcilium  
cogere sine pontificis consensu, nec quicq; statuere in relis  
gione, si non ab alijs nationibus probetur. Non sum tam  
imprudens, vt non intelligam, quid coneris. Conciliabulū Contra et  
per vim meditaris: dñi aut nutu dissipabitur consilium Aſ cilabulū.  
chitophel, quia sicut aqua profunda, sic consilium in corde  
viri, sed homo sapiens exhaust illud, quia non est sapien- Prou. 20.  
tia, non est prudentia, non est consilium contra dñm. De vſ  
troq; puncto diximus in Apologia, quantū sufficit. Nam FOL. 144.  
tam certa est pontificis in cogendis Concilijs autoritas, caſ 140. & 118  
thdrae Petri dignitas, vt qui illam neget, fidem Petri non  
habeat, S. Hieronymi sententia. Neque prohibet summus  
pontifex pios cōuenire, & inquirere & probare, quæ sit vo- L. 107

G Iuntas